 similia. Sic non est vituperium bonorum. si a malis deride-
 tur. Mali enim sunt velud noctue. Unde boeci⁹ de eis di-
 cit. Vnde sunt similes animalibus quorum oculos non illuminat
 et lux cecat. Non est curandum de vituperio eorum qui
 dicunt malum bonum et bonum malum. psa. v. Ipsi etiam sile
 sicut iumenta qui viros sanctos qui sunt sicut aurum et
 argentum et lapides pretiosi despiciunt p̄. xxix. ab heminan-
 tur impi⁹ eos qui in recta sunt via. Et. xiiiij. Ambulans re-
 ecto itinere et timens deum despicitur ab eo qui in fama ga-
 ditur via. Aristip⁹ euz quidam ei diceret. hoies te atēpnūt

997

inquit. et illos asini. sed nec illi asinos nec illos ego euro.
Vicuperium talium laus est. et laus vicuperium. **S**eneca
Malis despicer laudari est. non potest ullam auctorita-
tem sententiā habere. ubi qui dampnat? est dampnat. Ide-
tam turpe sit tibi laudari a turpibus quaz si lauderis ob tur-
pia. **T**ertio quia erubescunt bene agere eo q̄ consueuerūt
male agere. vel quia vident alios male agere. **H**oc enim val-
de gloriosum est cum aliquis bene agit inter male agents.
vel vitare illum qui male agere consueuit. **T**ales sunt simi-
les illi qui erubesceret. de hoc q̄ de naufragio euasiſſet vel
de hoc q̄ sanus esset. alijs existentib⁹ leprosis. vel mundus
alijs inquinatis. tales derisiones non solum nō sunt timē-
de. sed etiam sunt appetēde. **S**en. Non dum felix es si nō
dum turba deridet te. **M**ath. v. Beati eritis cum male
dixerint vobis homines et persecuti vos fuerint et dixerint
omne malum aduersum vos mēcientes propter me. Qui vi-
tuperatur et laudat attendat. quis est qui eum laudat
vel vituperat. et tunc placeat ei laus vel vituperius displi-
ceat. **S**en. Nunquam multis sed quibus placeas cogitato
Male erubescēs inique se habet ad deū et opa eius.

Ertō valet ad detestationem male erubescēt si
ostendat̄ quam male et inique se habeat erubescēs
ad deū. et ad ea que dei sunt. Ad deū male se ha-
bet triplē. et inquantū sponsus est anime. inquā tum domī?
est. et inquantum pater. Inquantum domī? est dum ipē
erubescit domī? confiteri. dyabolum autē nō erubescit do-
mī? confiteri seruiciū dyaboli palam faciendo nlla em̄
certor domī? confessio. quā seruicij redditō. Si autē deū
domī? habet Non tamen ut p̄mum vel maiorem sed ut
scdm. Solum em̄ seruiciū vult ei reddere in quo mundus
p̄bet assensum. non attendens q̄ deus rex est et regaliter et
libere vult dominari. Erubescētes adeo negauerūt xp̄m
q̄ nec etiam leui signo volunt videri eius discipuli. Erube-
scētes signa dyaboli libere portant. verillum vero xp̄i non

volunt portare nisi occulit. non attendentes illud **Yer.** iiiij
Leuate signum in syon et confortamini. et eiusdem. vi. **L**e-
 uamini vexillum tecum. In quantum pater se male habet eru-
 bescens ad deum. dum eum negat. **N**ix aliquis negat pa-
 trem suum licet pauperem. **Q**uantam ergo contumeliam
 facit tanto patri qui eum negat. merito ipse negabit ab
 eo **M**ath. x. **N**isi autem me negauerit coram hominibus
 negabo et eum tecum. Ita accidit fatuo erubescere sic cuiusdam sco-
 lari qui cum esset induitus peritos vestibus et a scolis suis
 honoratus. Cum visitasset eum pater suus in humili habi-
 tu timens ne scolii contempnerent eum si scirent eum ha-
 bore talem patrem rogauit patrem ut nullomodo hoc in-
 dicaret eis. et simulias ipsum esse unum deservientibus pa-
 triis suis. fecit eum comedere cum gartone domus. sed ta-
 men finito prandio scolaris duxisset eum in cameram suam
 secreto. et quiesceret ab eo quid ei attulisset. **O**stendit ei pa-
 ter denarios quos attulerat. afferens ait. qd nec ullum de
 illis haberet. tu negasti me filii ait pater. et ego nego te. de
 cetero non comedes vel bibes de eo qd tibi mittam. Erube-
 scens etiam male se habet ad deum. inquitum est sponsus
 anime. dum de tanto sposo erubescit. **D** anima non est ita
 ignobilis iste sponsus ut de eius ignobilitate erubescas. si
 nobilis est puer. vel. **R**obilis in portis vir eius. non est etiam ita
 deformis qd de eius deformitate erubescere debeas. propter
 spousus formam pre filiis hominum. et candor est lucis eterne.
Sapiens. vii. **S**plendor glorie. ad hebreos. i. **L**egittimus etiam
 sponsus est non adulter. **S**ed mira insania legittimum spousum
 confiteri de deus creditur. adulterum vero mundum scili-
 cet absqz vere cūdia confitetur. scz quando dicunt qd ideo se
 ornat ut mundo placeant. **Vn** **Yere.** iiiij. **C**uomodo si co-
 tempnat mulier amatorem suum. sic contempsit me dominus
 israhel dicit dominus. **D**uc spousum non erubescet qd dice-
 bat ipsi. suz eius angeli seruunt eius pulchritudinem sol
 et luna mirantur. **D** anima spousus iste te singulari pugna

779

acquisuit. ipse est quez nec mors ab amore tuo separauit
Male etiam se habet erubescens ad opera bona dum ea co-
tempnit et ea facere erubescit. Iniquum est valde bona ope-
ra in honore a quibus homo sic honorat. ecc. xiiij. Dñe
opus electum iustificabit. et qui operatur illud. honora-
bitur in illo. Quod glia huius mundi deficiet. tunc glia da-
bit per bonis opibus. de defectu punitis glie. dicit ps. quoniam
cum interierit non sumus omnia. nec des. cum eo g. d. eius
De homine que bona opera glorificant.

Bona opera tripliciter glorificabunt hominem. Pri-
mo faciendo ei societatem in morte quando relinqui-
tur ab amicis carnalibus. Apoc. Opera enim illo
rum sequunt illos. Secundo ministrando materi-
am corone eterne. ber. Peminentia nostra si crudeli mise-
ratone minuntur. paulatim gemis corona nostra pruatur.
Tertio ad modum vestis hominem decorando. ps. Assticit
regina a deo trius inuenit. deau. circu. vari. Vestis deau-
rata sunt bona opera ex caritate facta. hec tria sunt que so-
lent hominem facere gloriosum. honorabilis societas. decor
vestium. et nobilitas. Idec tria ut ostensum est vir iustus ex
bonis operibus consequitur. ad huc statum pruenit christia-
na religio qd hodie inter christianos christiane vivere obprobri-
um est. et facilis posset christianus vivere inter aliquos pa-
ganos quam inter multos christianos. Mira insania ipsi pa-
gani fidem christianam honorabilem reputant. ipi vero christiani
vitaz christiana a qua fides habet valorez suum obprobro ha-
bent. ber. Quid diuidis opus a fide inique diuidis fides
tuam perimens. Nam si fides sine operibus mortua est. mu-
nus mortuum offers deo. Idez. Quid fides que non opa-
tur ex dilectione nisi cidauer ex animo. bene honoras deum
munere fetido. bene placas deum fidei tue imperfectos. Jac-
ij. Sicut corpus sine spiritu mortuus est. Veritas christia-
ne religionis a deo odit. a multis etiam qui dicunt se christi
ros. ut scz signa eius videre non possunt quoniam tñ veritatē

A 53

habent amare super omnem thesaurum terrenum. immo
adoranda esset eis veritas ista. quantumcumque fatius contemp-
tibilis esset. Unde frater guido Cartusienus. Sime aspe-
ctu et de ore crucis affixa adoranda est veritas. In signis
huius osculantur et adorant fideles crucem. multitudinem ado-
rantes crucem exterius. crucem spualem interius per con-
temptum concubant. et in eam expuunt. et magnu[m] viden-
tia habere odium ad veritatem christiane religionis. qui eti-
am signis ei bellum indixerunt. De remedis contra
malam erubescientiam.

Non autem quatuor meditato[n]es valentes otra
erubescientiam malam. Prima meditato[n]e est erube-
scencia seu obprobrium q[uod] christus pro nobis sustinuit
q[uod] obprobrium predixerat. hebrei. tre. iii. Saturabitur ob-
probrijs. Qui attenderet obprobriu[m] christi q[uod] passus est par-
ua reputaretur verecundia quam patitur pro christo. Soler-
nitas enim pasce tunc erat propter quam de diversis parti-
bus mundi iudici conuenerant in iherusalem qui viderunt eum
pendentem in eruce. bernardus. Oratio ignominia crucis sed ei q[uod]
crucifixo ingrat[us] non est. hebrei. xiiij. Curiamus per pacienti-
am ad propositum nobis certamen aspicientes in auctorem
fidei. et consumatorem dei. ihesum qui proposito sibi gaudio
sustinuit crucem confusione contempta. Secunda est me-
ditato[n]e erubescencie seu obprobrij q[uod] sancti sustinuerunt.
hebrei. xiij. Si de moyses grandis factus est negauit se filii
filie platonis. voluit magis affligi eum populo dei quam tem-
poralis peccati habere iocunditatē. maiores diuicias esti-
mans thesauro egyptorum in obprobrium christi. Et. iiiij. act
ibant apostoli gaudentes a conspectu conci. quoniam dig-
nū sunt habiti pro nomine ihesu pati contumeliam. Tercia ē
meditato[n]e illius erubescencie. quam paciuntur in futuro.
illi qui hic fugiunt eam prout. x. Quod timet impius. veni-
et super eum. Et iob. vi. Qui timet priunam. irruet super
eum misericordia. Gregorius. De repugnantibus voluntate dei dicit.

Vnde voluntatem peragunt. unde mutare contendunt et consilio dei resistentes obsequuntur. quia dispositio ei⁹ militat quod per studium humanum reluctat. Qui vere cundiam vel egestatem vel aliam tribulatōnem a deo missā nolunt recipere modo. habebunt in futuro eam longe maiorem. tunc veniet. q. viator egestas et pauperies. q. vir armatus. pū. vj. Tunc non poterit homo effugere nec ei resistere. De verecundia malorum in futuro **H**ere. xx. cōfundentur vehementer qui non intellexerunt obprobrium sempiternum qđ nunquam delebitur. **E**t. xxij. Dabo vos in obprobrium sempiternum. et ignominiam eternam que nunquam obliuione delebitur. **Q**uarta est meditatio illi⁹ verecundie. de qua luc. ix. dicit dominus. Qui me erubuerit et sermones meos hunc filius hominis erubescet euz renerit in maiestate sua et patris et sanctorum angelorum. Tunc illi qui contempnunt modo alios. contempnentur a deo ut mors eorum non reputetur sicut ne mors unius canis. ipē enim deus ridebit de morte eorum. pū. i. Ego qđ qđ in interitu vestro ridebo.

De malitia irrisorum. **C**ap. xvij.

Vltimo loco in tractatu de erubescientia tangendum est aliquid de malitia irrisorum que multum nocet ecclesie dei. etiam plusqđ heresis. Cui⁹ ratio hec est. quia dyabolus per irrisores filios dei suffocat duz paruuli sūt. hec est una de astucijs dyaboli suffocare bonū incepsum in germine. unde per serpentem religionez inchoatam in paradyso suffocavit et per platonem populum ista heliticum destruere voluit. submersione paruulorum. exo ij. et per herodem xp̄m paruulum occidere voluit. et vt euz occideret paruulos innocentes occidit. **M**ath. ii. Vnde malitia irrisorum malitia hodierna est que filios dei paruulos occidit. berñ. malitia hodierna est nascentem persecuti religionem. **N**mmo maior quā hodierna videtur esse malitia irrisorum quo ad hoc qđ herodes occidit paruulos iam

natos. Irrisores vero occidunt filios matris proprie. id est ecclesie in utero adhuc existentes. non enim expectant quod ecclesia pariat eos in sacramento penitentie. immo quam eito appareret in eis signa bone voluntatis ipsi suffocant eos verecundia eis faciendo. Irrisores peiores sunt quam draco de quo dicitur apoc. xiiij. qd stetit ante milierem qd erat pictura ut cum pepisset filium eius devoraret ipsi autem percuti matris ecclesie non expectant sunt etiam vulpecule vineas demolientes. canticum n. capite vobis vulpes puulas qd demolunt vineas. Sunt etiā ut bufones venenati qd pati nequeunt odorē vinee domini florentis. Ipsi videntur esse socii demonum. et in lucro et in dampno. Si dyabolus aliquem amittit dolet tanquam de proprio dampno. Si autem dyabolus lucrat aliquem sicut cum aliquis vadit ad postibulum vel ad tabernaculum gaudet tanquam de proprio lucro. Irrisores sunt adūsarum saluatoris. quia qui summe saluatori placent ipsi odio habent. scilicet animarum Gregorius. Nullum sacrificium ita placet deo. sicut zelus animarum. ergo sic deo nichil displicet sicut iudicare salutem animarum Beatum petrum vocavit dominus satanam quia salutem animarum volebat impeditire. ut dicitur math. xvij. Nade inquit post me satanas. Iudicio ergo dei irrisor satanas fit quando irrisoribus suis impedit salutem animarum. Maius dampnum videtur facere irrisor deo quando auferet ei unam animam quam si auferret ei mille corpora cuiusva alia puerale at mille corporibus hominum. Item cum tota curia celestis gaudeat de conuersione unius peccatoris irrisores domino suo dyabolo se offendentes de illa tristantur ipsi videntur christiani. et pecunias sunt a christi. id est christi contraria et inimici. johannes. iiij. Numen christi multi facti sunt. Et subditur. Hic est antichristus qui negat patrem et filium. Irrisores apostate sunt vexillum eristri habentes odio. nunquid apostata iudicare qui non permittet crucem esse in templo materiali. quanto maius apostata iudicandus est qui non permittit crucem penitentie

esse in templo spūali. Irrisores facti sunt peditores eodē
 ore xpm per sequentes quo ad mensam eius comedunt. Ip
 si suic noctue lucem odientes et cum claudicēt et ceci sint
 irridēte tamen recte incedentes et videntes. Sunt etiam
 lupi agnos dei et oves clamoribus exterrentes. Item ip
 si impij sunt in deum. in matrem ecclesiam in proximum et in
 seipso. Indeum dum filios eius occidunt. In matrem
 ecclesiam tam militantem quam triumphante in dum de
 fraudant eam gaudio quod habere debuit de conuersione
 peccatorum. Nonne impius esset in matrem suam qui po
 eius quam peperisset filium cum magno cruciatu. quando
 deberet consolari in filio suo nato. occideret ei illum. sic fa
 cit irrisor matris ecclesie. Jo. xvij. Mulier cum parit tri
 sticiam habet quia venit hora eius. cum autem peperit pu
 erum iam me. pressurę ppter gaudiuꝝ. quia natus est hō
 in mundum. Item impij sunt in deum quia rursum eruſi
 figunt filium dei et super dolorez eius addunt dum animas
 pro quibꝫ morte sustinuit et auferunt. Impij sunt in proximū
 dum vulnus spirituale ipsius iam per penitentiam sanatus
 iterum concidunt. Job. xvij. concidit me vulnera su per
 vulnus. derisores fratres suos a dyaboli carcere liberatos.
 iterum capi faciunt. Non reputaretur cristianus ille qui
 cristianos liberatos a carcerebus paganorum iterum ea capi
 faceret. Quid ergo dicendum est de his qui liberatos a
 carcere dyaboli iterum capi faciunt. Iij retrogar de dyab
 oli videntur esse. maiorem compassionem haberent de
 risores de cane uno vel asino. quam habeant de fratribus
 suis. Si enim canis portaretur a lupo liberarent eum si
 possent. et si asinus alieuius cecidisset in lutum ipsi in
 uarent ad leuandum eum. fratres vero suos impediunt
 ne a lupis infernalibus liberentur. vel ne a luto peccati
 subleue fratres suos a naufragio liberatos ita submergi
 faciunt. Impij etiam sunt in seipso qz cu in mari huius mudi

naufragenetur tamen penitentiam q̄ scdm iero. est secūda
 tabula post naufragiuz sine quo euadere nequeūt odio ha-
 bent Exquo aliquis est in mortali peccato si omnes ange-
 li et omnes sancti rogarent p eo non posset saluari nisi pe-
 nitentia p eo intercedat. Vnde mirabiliter esset penitentia
 amanda peccatoribꝫ tanquam singulare remedium ipso-
 rum. Irrisoribꝫ ad paradisū transire volūt . tamē pōtez
 per quem solum transire possūt sez penitentiam odiūt Ip-
 si ppitiatōne indigent cum rei sunt eterne dampnato m̄s.
 tamē ppitiatorum odiūt sez penitentiam per quam solaz de-
 um possunt habere ppiciūm. De ppitiatorio legitur exo-
 xxv. usq; hic. **D**e supbo ornatu lectorꝫ. **C**a. xvij

Post superbiam ornatus humani dicendum est de
 supbo ornatu lectorꝫ. Notādum ergo q̄ tria pos-
 sunt esse reprehensibilia in lectis sez nimia mollici-
 es. p̄sitas. et magnitudo. aliqui enim tam magnos lec-
 tos faciunt q̄ dyabolus bene posset quiescere ibi cum eis
 In paruo lecto pauperis non inuenit dyabolus vbi quiue-
 scat. ysa. xxvij. Coangustatū est stratum ita ut alter deci-
 dat et pallium breue vtrunq; operire non potest . et math-
 xij. Cum immundus spūs exhibet ab homine ambulat per lo-
 ca arida querens requiez et non inuenit. Loca arida sunt
 pauper lectus et pauper domus pauperis. vbi nō inuenit
 requiem dyabolus. Debent autem cohibere homines a le-
 ctis superbis. Primo maledictio. que fit eis. Amos. vi.
 Ne vobis qui dormitis in lectis eburneis et lascivitis in
 stratis vestris. pauper intrans lectum suum benedictione
 premissa facit signum crucis super lectum suum . superbo
 intrat lectum suum superbum . maledictione dei premissa.
PSecundo consideratio lecti dominici crucis. scilicet de
 quo lecto. Augustinus. Lectum suum dimisit cristus di-
 scipulis suis. q̄cūq; vult cū illo q̄escere in celo . cum illo in
 isto iaceat lecto . moriat in cruce si vult crucifixū placatū
 videre . crucē at xp̄i itelligo totā ritā ei⁹ cruciatu plenaz

Superbus minister est cui non sufficit lectus domini sui.
 bernh. Circuire possum celum terram mare et omnia que in
 eis sunt. et non inuenio te nisi in cruce. o bone ihesu ibi ia-
 ces. ibi dormis in meridie. Idem. Domine reuolue vitas
 saluatoris ab utero virginis usque ad patibulum crucis. non
 inuenies in eo nisi stigmata paupertatis. Tertio timor lec-
 ti infernalis. De quo lecto ysa. xiiij. Detracta est ad in-
 feros superbia tua concidet cadaver tuum. Sube te ster-
 netur tinea. et opertimentum tuum erunt vermes. Interli-
 Cui prius pallia auro gemmisque distincta satis moleste
 sustinebunt superbi qui nunc nullo modo iacerent in lecto
 in quo alius iacuerit qui nunc pati non possunt quia in lec-
 to eorum esset pulex quando in lectis eorum tineae sub eis
 et vermes super eos. ad augmentum vero molestie eis quia
 nunquam consueti fuerunt talibus. Ad augmentum etiam
 pene erit quod lecti illi nunquam mutabuntur. Non est ita
 pulcher lectus in mundo in quo aliquis non grauaret iacere per octo dies continue. quam graue erit iacere in taz
 horribili lecto homini delicato pluribus annis quam sint
 aque gutte in mari. Quarto amor lecti interioris. amore
 enim illius lecti deberent negligere lectum exteriorum. In
 lecto conscientie quiescerent ipsi de nocte et de die. et etiam
 deus cum illos. si diligentiam debitam haberent circa illum.
 Ideo laudandus esset per singulas noctes exemplo dauid
 sicut viri delicati volunt habere candida linteum quasi
 singulis noctibus. De lecto isto canamus. Lectus noster floridus.
 econuerso lectus aliquorum per negligientiam eorum non
 floridus est sed sordidus. et ubi quiescere debuerunt cum
 deo ibi inquantur et cruciantur cum dyabolo. Quinto osidato lec-
 ti in quod corpora ponentur in morte. sed osidato sepulchri in quod a
 vermis corrodetur. Ecce. x. Cum moritur homo heredi-
 tabit serpentes pessimas et vermes. Incongruum est ca-
 dauer pomum taz supbo leo. quod penitus est in tanta vilis sepulcro.
 Sexto osidato illis lecti in quod nobiliora per hois iaceant eorum

f 56
Nec nolis superbus. eoz illius iacet super lectum immun
dicia plenum sez stomachum. **C** De superbia que ap
paret in equitaturis. **C** Cap. xix.

Equuitur de superbia que apparet in equitaturis.
que quadrupliciter apparet. Primo in multipli
catone equorū que prohibita est etiam regi. deuē.
xvij. Cum fuerit rex constitutus non multiplicabit sibi
equos nec reducet populum in egyptū equitat? numero
subleuat? Secundo in non necessario v̄su equorū sicut ac
cidit illis qui per modicam leucā nolunt ire nisi equitent
qui p̄ nichilo vident̄ pedes habere cum non ambulent ex
illis. Pedes habent et non ambulabūt. Impotentiores vi
dentur esse paliticis cum ire non possunt nisi habeant mul
tos eq̄s. Tertio in pulchritudine equorū sicut accidit illi
qui eq̄s volūt habere impinguatos ad pascēdum oculos
homīnū. Quarto in nimia exquisitōne vel ornatu equorū.
sicut illi qui dimittūt xp̄m nudum in pauperib⁹ et famelis
cum et eq̄s suos argento vel auro falerant. Multa sunt
que deberent hominem colibere a superbia ista. Primum
est multiplex committatō quā facit scriptura talib⁹ zach.
x. Confundentur ascensores equorum. Et zach. xij. Per
euciam omnem equum in stupore. et ascensorem eius in
amentia. In stupore dicit glosa. ita ut qui viderint per
eussos stupeant. et ascensores eorum pressi magnitudine
periculi vertantur in amentiam. Eccl. yslae. xxvi. Ne qui
descendunt in egyptum in equis sperantes. Secundus
est exemplum cristi. qui non legitur equitasse sed semel
tantum asinasse. et tunc ibat ad mortem suam. insignum
q̄ multi equitando tendunt ad mortem eternam. Multus
detet mouere homines exempluz illud. zach. ix. Ecce rex
tuus venit tibi sedes sup̄ asinā. et disperdā quadrigā ex ef
fraym et equū de iherusalē. disp̄gere deberet exemplū istud
de ecclia equū. Mirū est q̄ seruus non erubescit ire eques
ex quo domin⁹ vadit pedes. ber. Magna impudētia est vt

ubi se eximamini maiestas vilis vermiculus intumescat.
Tercium est exemplum sanctorum. Indecens enim est ex quo
 filii dei scilicet viri iusti pedites incedunt. seruos dyaboli. eq-
 tes incedere. Hac prueritate dicit salomon se vidisse. ecclesie
 x. Vidi filios in equis et principes quasi seruos ambulantes
 super terram. Quartum est hoc quod cum equitature habetur
 a superbis ad gloriam tamen diligenti aspiciendi potius ce-
 dit ad ignominiam. Non fratres guido Cartusieni. Quo non glo-
 rias de fortitudine qui de infirmitate glorias. Equus qui te-
 fert infirmitas tua est fortitudo et si eum ferres Quintum
 est quod superbia hec apostasia est in fidelibus. ab renunciauerunt
 enim pompe dyaboli in baptismio. Non pompatice incedere a
 postasia est eis. Amos. vi. Ve vobis qui opulenti estis
 in syon et confiditis in monte samarie. optimates capita po-
 pulorum. ingredi entes popatice domini israhel. Sextum est quod
 superbia ista multum constat et pax utilis est. Quantum ostatur
 hec superbia multi apercier legunt in libro expientie quaz in li-
 bris scripture. Multi enim de paupertate sunt haec de causa.
 et merito quia care emunt eis et voluntarie super eos come-
 dent equi. hic est enim unus de velotribus modis de paupe-
 randi aliquem. quoniam equi comedunt super eum nec solum superbiorum
 comedunt super eos. immo etiam comedunt eos quoniam illi eis
 pascuntur de rapina. Qui enim comedunt super alias raptorum est
 eo modo loquendi quod aliquis de omnibus comedere pallium suum quoniam comedit
 illud propter ignoratuz est pallium possumus dicere quod eis super
 pborum raptorum comedunt eos. non sunt etiam superbiores homines
 equi cum faciliter sine equo perveniret ad celestem patriam quam
 in equo faciliter etiam effugit aliquis manus hostium infernali si-
 ne equo quam cum equo. psalmus xxx. Dicunt mali super
 equos ascendemus. Et subditur. Ideo velotribes erunt
 equi qui persequuntur nos. Nec solum parum utiles
 sunt equi superbis. immo etiam valde nocivii sunt eis.
 Cuius enim aliquid gati sunt illis. vinculo nauis amoris ipsi trahuntur
 eos ad patibulum infernale. Merito in inferno puniuntur

750

qui p̄p̄is exp̄nsis equos pascit a quib⁹ illuc trahitur
Septimum est amor pauperū timendum est ne deus offe-
datur multū quando subtrahit̄ ori suo in pauperib⁹ vnde
equi imp̄gantur. ¶ De superbia que apparet
in familia. ¶ Cap. xx.

¶ Equitur de superbia que in familia apparet. et sicut
tria reprehensibilia in familia alicuius potentis.
Primū est mltitudo eccl̄s v. rbi mltē sūt opes mul-
ti sunt qui comedunt eas. et quid p̄dest possessori nisi qđ
cernit diuīcias oculis suis. Secundū est vita īhonestā
berñ. Ne dixeris sanum dolentem latera. hoc est rete dixe-
ris bonum mal' īmitentem. Nō est tuta bonitas tua obſer-
fa malis. non magis quam sanitas vicina serpenti. ps. Nō
habitabit ī medio domus mee qui facit superbiā tē. Ter-
ciū est īutilitas. faruum est enim habere familiam īu-
tilem sibi p̄. viiiij. In cunctam regis minister īutilis fu-
nirebit. Et Math. xxv. seruū īutilē p̄icte ī tenebras.
exteriorēs. Et sicut dixim⁹ p̄us qui p̄ompatici sūt quātū
ad multitudinē equorū. apostatas eē et trās gressores bap-
tismatis quo pmiserūt renūciare p̄ompis dyaboli. sic p̄f-
sum⁹ dicere de illis qui p̄opatici sūt. quātū ad magnaz fa-
miliaz q̄ gaudet de mltitudine familie sequētes eos. Sunt
enī sic factū q̄ deferrēt mel et gauderēt. eo q̄ multe musce
irent post eos. Señ Mlti aliqz omittat̄. mel musce secū-
tur. lupi cadaueria frumenta formice. pda sequit̄ ista turba
non hoiez. qñqz familia q̄ credit sup̄bo esse suā poci⁹ fami-
lia dyaboli est. custodiēs eaz dyabolo. Nēdit etiā eam dyab-
olo dū peurat q̄ ipa corrūpat̄ in iudicō vel alio mō. Dñ
qz etiā viuu sepelit eū. dū ei adulat̄. gg. loquēs d illo vbo
Math. viij. simile mortuos seplire mortuos. s. Diē mor-
tuus mortuum sepelit. cum precator peccatorem aggere
adulatōnis p̄mit. familia etiam superbi ei comedit duz tē-
poralia q̄ ei vmita sunt p̄ amorem consumit. Aug⁹. Nam
amatores temporaliz fecerūt mēbra sua. vñ solēt dicere

auari. cum bona eorum comeduntur se comedunt

Con superbia coniuiorum.

Cap. xxij.

Superbia coniuiorum appetit. Primo in hoc quod magni et diuites mutant qui non indigent et pauperes relinquentur. contra illud luc. xiiij. Quis facies coniuium vici pauperes. debiles. claudos. cecos. et beatus eris quia non habent unde retribuere tibi. retribuetur enim tibi in retributone iustorum. Secundo in hoc quod multi sunt ministri in supbo apparatu. Qui autem gaudet de multitudine superbiorum ministrorum veniet hora cum vellet habere unum leprosum misericordiam nec habere poterit. sicut patet in dominis epulatone. Luc. xxiij. Lazarus erat viceribus plenus et domines eius ministerium desiderabat propter superbis misericordias quos hic habuerat. non gaudebat dominus de talibus ministris. cum diceret. Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam. Tertio in varietate ferculorum et de auratone et splendorie eorum ad vanam gloriam. Sed. Non magna nobis constat famas. sed ambitus. Idem ies non sunt homines dentibus ore et ventre ad pompa contenti oculis quam gulosi sunt. Quartu in vasis aureis et argenteis. magna stulticia est acquirere vas aurea et argentea. ad replendit ventre quod est vas immundicie. tamen ad replendum vas vinaria que munda sunt mediocria sufficiant vas vel lignea.

Cuiusque in multitudine musicorum instrumentorum. Job. xxij. Tenent tympanum et citharam. et gaudent ad sonum organi. ducunt in locis dies suos. et in puncto ad inferna descendunt. psalmus qui nro. Et lira et tympanum et tybia et vinum in coniuiis vestris et opus domini non respicit scilicet iusticiam quam faciet in die iudicij.

Con superbia edificiorum.

Cap. xxij.

Sequitur de superbia edificiorum. Notandum ergo quod circa edificia primo est reprehensibile multitudo dormitorum. psalmus quinto. Ne qui coniungitis dominum ad domum. Item magnitudo summi pretiositas.

delectabilitas Delectabilitas vero aetenditur circa colo
 res picturarum. et quantum ad caliditatem in hyeme et
 frigiditatem in estate. **Jere.** xxij. **Ne** qui dicit. Edifica
 bo michi domū latam et cenacula spētōsa. ecce magnitudo
 qui apit sibi fenestras. ecce delectabilitas. et facit laquea
 ria cedrina. ecce sumptuositas. pungitq; synopide. interl. i.
 xpi sanguine. Secundo quādō de rebo iniuste acquisitis
 fiunt. **Jere.** xxij. **Ne** qui edificat domū suam in iniusticiā
Terto intentō malā sez quādō fiunt ad vanitatem non ad
 necessitatē **Señ.** Dom⁹ monimentū fit aduersus infesta
 corpori. hanc vtrū sepes erexerit an varius lapis gentis
 aliene nichil interest scito te homines tam bene culmo quaz
 auro tegit. Contempnите cetera q; supuacius labor velud
 ornamentū et decus ponit. **M**emētote nichil p̄ter animuz
 esse mirabile. cui magno nichil est magnū **D**eberet aut̄ co
 hibere homines a supbia edifitōz. Primo male dictō que
 fit eis. ysa. v. **Ne** qui cōiungit̄s domū ad domum tē. et
 ex illo. **Jere.** xxij. **Ne** qui dicit edificabo michi domū latā
 multum timenda est maledictō dei. cum tantum timeatur
 maledictō vnius sancti. cum domin⁹ dicturus sit maledi
 ctis. **Ite** in ignem eternū. **Mat̄h.** xxv. Secundo hoc q;
 superba edifica exosa sunt deo. **Amos.** vi. detestor ego su
 perbiā iacob. et dom⁹ eius odi. Magna perūsitas est q;
 homo amat q; deus odit. Tertō exempla et p̄cipue xpi q;
 in natūrātē sua p̄ domo habuit diuersorum. in morte se
 pulchrū in vita sua nō habuit ubi caput reclinaret **Mat.**
 viii. **Vulpes** foureas habent et volu. ce. ni. si. aut ho. non
 hab. ubi cap̄ su. reclinar. berñ. Intolerabilis impudencie
 est vt ubi eximāuit se maiestas ibi vermis intumescat.
Ad idem valent exempla sanctorum qui in casulis habita
 uerunt **A**d hebre. xi. **F**ide abraham demoratus est abra
 hā in éra repromissiōis tāq; in aliēa in casul'bitādo cū ysa
 ac et iacob et cohēredib⁹ suis repromissionis eiusdē. expecta
 bat em̄ fūdām̄ta hñtē ciuitatē e⁹ artifex et ditor est de⁹

Item paulus heremita visitatq[ue]a beato anthonio quesuit
 an adhuc xpiana religio ritus gētium in edificijs sumptuois imitaretur. et auditō q[uod] sic flens deplāxit hanc supfluitatem conquestū homines tante vanitati deditos cum xpianozz deberet esse coartatō dicenciu[m] non habemus hic manētem ciuitatem sed fu[m] inquirim[us]. Quidam etiā antiquum habitabant in cauermis petraiz alij in concavitatib[us] arborz. Legit etiam de quodā heremita qui habebat hospicium ad modū sui sepulchri. cum imperator eū interrogass[et] cur hospiciū suum cōmensuralset corpori suo. Respondit. Sufficit hoc homini morituro sic pueni sepulchrz. et addidit. id est melius p[ro]silit de tuzurio in celum quā de pallatō. Cito q[uod] supbia edificia sepe sūnt de murijs pauperz. Ibi em ponunt q[uod] deberet dari pauperib[us] Iero. loquēs de paulo. Nolebat inquit in hijs lapidib[us] pecunia effundere. qui cum terra et seculo transituri sunt. sed in viuis lapidibus qui voluunt sup terram ex quib[us] magni regis ciuitas extriuit. Quinto quia sepe ex rapnis et alijs iniuste acquisitis sūnt. Unde lapides et huiusmodi que in edificijs sūt accusabūt domīnū domus apud deū. Abaeus ii. Lapis de pariete clamabit. lapis qui inter iuncturas edificozz est respondebit. Sexto faciūtas que est in extruendis hmōi edificijs. q[uod] patet p[ro]mo q[uod] cum vita homis breuior nūc sit quam antiquozz. ipi tamē magis sumptuosas domos volunt h[ab]re quam antiqui habuerint. Ipsi sedz Iero. sic edificant quasi semper viciuti sint. sic autem comedunt et bibunt quasi eras morituri dicentes. comedamus et bibamus eras enim moriemur. Secundo q[uod] pulchrum stabulum scz habitaculū corporis volunt habere de domo vero conscientie in q[uod] debet habitare non curant. Ipsi pulchras domos edificant in via. cum potius deberent edificare in patria. Ipsi domos edificant quas sciunt ex necessitate ruinas. Mathei. viceimoquarto. Amen dico vobis. Non relinquetur lapis sup lapidem. qui non destruetur.

et signa . xv . dierum que pcedent inter diem in dictis enu
 merat Iero . istud quod omnia edificia ruent . Amos . iii .
 percuciam domum biemalez . cum domo estiuia . et peribunt
 eburnee domus et dissipabunt edes multe . Spaliter autem
 deberent cohabitare claustrales a superbis edificiis ista que
 sequuntur . Primo hoc q ipsi cū sint iam mortui mudo neces
 saria sunt eis sepulchra potius quam palacia Secundo hoc
 q sollicitudinem circa huiusmodi solet sequi morum ne
 gligentia . Bern . Video quod non sine magno dolore vi
 deri debet quosdam post aggressam xpi miliciam . rursum
 secularibus implicari negotiis . rursum terremis cupidita
 tibus immergi . cum magna cura erigere muros negligere
 mores . Preterea negligentia exteriorum edificiorum signum
 est q claustralium habeat circa interiora . bern
 Animum intentum interioribus . magis deceret inculta et ne
 glecta exteriora quibus incola domus sepius alibi conuer
 sari dimoscit . qui circa exteriorum vilius se denunciat . Et
 conuersato claustralium in celis debet esse . id non ita sol
 licite debent edificare in terra sicut illi quorundam conuersato
 est in terra . Ps . superbia edificiorum est quedam iniuriantem
 superbiorum hospitum a quibus claustrales superbiam addi
 scunt . Eccl . xiiii . Qui comunicauerit superbo induet superbi
 am . Verisimile est q sic oportet claustrales habere domos
 humiliores alijs . sicut et humiliores vestes alijs . Et sicut
 color viridis et rubeus et varius intollerabiles sunt in vesti
 bus claustralium . Sic huiusmodi colores intollerabiles
 videntur esse in domibus eorum . q si aliquis dicat q in hu
 iusmodi condescendit infirmitatibus hominum . R . q tantum
 condescensus est in aliquibus claustris carnalibus hominibus
 et infirmis ut pene omnes carnales facti sint . Vn . bern .
 Abiecta sancta simplicitate quasi religiosas nobis qual
 dam curamus habitacionem honestates . in quibus tantum
 est compassum animabus . ut pene in hoc omnes effecti si
 mus animales . Idem . Admittantur animales suscipiantur

269

in omni bemiolentia caritatis. portent in omni patientia
bemigntatis. sed qui eis compaciunt. non eis conformen-
tur. nec sic querant eorum pfectum. vt ppter eos cogan-
tur incurrire ppositi rigoris in religione defectum. Itz
claustrales ut veri israhelite vel veri hebrei debent esse et re-
putare se peregrinos super terram. Vnde edificare debet
non domos ad habitanduz sed tabernacula ad deferendu
Vnde bernh. Obsecro in peregrinatōne huius seculi in mil-
cia super terraz. non edificem nobis domos ad inabitā-
dum. sed tabernacula ad deferenduz. utpote cito euocādi
et migraturi in patriam et ciuitatem. In castris qui ppe su-
mus. in alieno militam. in alieno laborat. facile est quic
quid naturale est. Nunquid non facile est solitario et suf-
ficiens nature et congruum conscientie ipm sibi cellam de-
sgis conterere. de luto plasinare Vnde oportet operire et
decentissime inabitare. Quid amplius querenduz. Etsi
usu sapient huius delectatōes. etiam sint qui vtant tan-
quam non vtentes. tamen contemptu melius quam usu vī
eunt huiusmodi affectōes. Idem ipsi de quibz sollicitu-
do suorum vitōrum inducit contemptum. et negligentiam
omnī exteriorz ipsi sibi edificant formam paupertatis et
sancte simplicitatis speciez. nulla sic artabit artificū indu-
stria sicut eorum negligentia. debent etiam claustrales ab
huiusmodi cauere ppter bonum exemplum. humiles em
domus eorum et pauperes. in alijs frenant concupiscentiā
in alijs vero circa amorem paupertatis afficiunt conscienti-
am. Ps. quando claustrales construunt superba edificia ac-
cedit frequenter q̄ construunt ea de mendacij. mittūt em
questuarios pdicatores Construunt etiam ea de bonis ma-
le acceptis ab usurarijs et raptoribz. a quo periculo liberi-
funt. quando domos humiles construere volunt. Si vero
aliquis dicat pulchritudies domoz esse necessarias clau-
stralibus ad recreatō nem. Rx. q̄ viri spuales poci⁹ debet
delestatī in aspectu celi quam in aspectu testi. et poci⁹

464

deberent admirari opera dei quam opera hominum. Legit de
beato berni. qd ipse fuerit cum rideret tuguria pastorum
te et a culmo silia casulis p'stiniis cisterciens. qui tunc incipie-
bant habitare in magnis edificiis. pulchritudines iste fo-
renses sunt honestates sicut dicit berni. propositum eneruauit
et m. sculum amnum effeminauit.

De superbia libroꝝ. **C**ap. xxiiij.

Sequitur de superbia libroꝝ que est de aurato libro
rum. Primo valet contra hec exempla. et p̄cipue
exemplum filii dei qui liber vite est qui humiliari
voluit usq; ad hoc qd nouissimus esset. Intollerabilis est
superbia in alijs libris. ex quo liber vite tantum humiliat⁹
est. Et Iero. in plogo super iob. habeant qui volunt vete-
res libros vel in membris purpureis auro argentoq; de
scriptos vel in initialibus ut vulgo aunt litteris enera mag-
exarata quam codices dummodo michi meis permittant
pauperes habere cedulas. et non tam pulchros codices
quam emendatos. apostolus. ii. thy. iij. Affer autem te
cum libros maxime membranas Secundo hoc qd sapientia
dei amat corda humilia. Vnde math. xj. Abscondisti hoc
a sapi. et pru. et e. Amat enim corpora humilia. Vnde sapi-
entes hoies sepe parui sunt. Vnde sapi. Se pe e sub palli-
olo sordido sapientia. pū. xj. Vbi humilitas ibi sapientia
Tertio modo sapientia amat humilem scripturam. Tertio
quia scriptura humilitatem docet. vnde humilitatem det
habere. Patre legem ait sapiens quam ipse tuleris. Legē
humilitatis p̄cipit sacra scriptura. vnde debet eaz seruare
Quarto hoc qd puerilitas est litteras aureas et argenteas
amare et in hijs delectari. Sene. Plurimumq; est qd non pu-
ericia sed quod grauius est puerilitas remanet. Quinto
quia hoc quasi quoddam adulterium spirituale est. ama-
re pulchritudinem scripture. cum amare deberent ipsam
sapientiam. vnde de illis potest exponi illud. ii. pe. ii. habē-
tes oculos plenos adulterij et incessabilis delicti. Sponsa

em est sapia nostri intellectus. Cap. viij. Quelum eam spō
sam assumere michi te. Scriptura autem quasi ancilla est
ipius sapietie. Vnde plus debet amari sponsa quam ancil
la id est sapientia quam pulchritudo scripture. Vnde caue
dum est ne ancilla tante pulchritudinis sit. q̄ relata pul
chritudine sapientie animus cum scripture pulchritudine
fornicetur. Sexto q̄ valde impium est oculos pascere au
ro et argento quando homo videt tot filios dei famelicos
visus plura habet vnde pasci potest quam gustus. Cabet
enim solem et lunam et stellas et flores in numeros et multa
alia vnde pasci potest. vnde valde impium videtur esse xpia
no ori dei subtrahere in pauperibus. vnde oculi eius delecte
tur. ad quid depingit aliquis vel flores in libro suo. Non
ne sufficiunt ei homines et flores quos deus creauit. Sep
timo quia tales contumeliam inferunt sapientie cum non
reputant dulcedinem eius sufficientem ad consolatōnem
studentium. cum scriptum sit. eccl. xxij. nihil dulcius q̄
inspicere in mandatis domini. Et. sapiē. viij. Intrans in
domum meam conquiescam cum illa. scz sapia. non habet
amaritudinem conuersato illius. nec te diu coniunctus illi
us sed leticiam et gaudium. Octavo quia parum valeat
ipsa pulchritudo scripture. non enim hominem faciat eos
i. non faciat oculis visu. nec auris auditu et.

De superbia cantus.

Cap. xxij.

Sequitur de superbia cantus. Primo reprehensi
bile in cantu est. cum quis nimis blandam vocem
querit. vel ad gloriantur vel ad delectandum.
Vnde gregor. Cum blanda vox queritur. sobria vita deser
tur Aug. Quocies me plus delectat cantus quaz res
que cantat tociens me grauiuter peccasse confiteor. Secū
do vocis fracto. Vnde in legendā sancti sebastiani putas
ne illum inter xpicolas numerandū. qui tonsuram diligat
comam comit. saporem querit et vocem frangit. fracto vo
cis signū est fracto animi sicut erispatō crinuz in homib⁹

466

corrugato vestium in mulieribus. sic reprehensibilis est fra
ctio vocis in cantoribus et sicut ventus facit in aqua crispa
tonem. sic ventus vanitatis hanc crispatonem vel fractio
nem vocis ut frequenter facit. **C**antus talium oblaſciūa
factus. ſilis eſt cantus. de quo legit exo. xxxii. **V**ocez ca
nencius ego audio ait moyses. **C**unqz appropinquasset ad
caſtra vidit vitulum et thoras. In vitulo qui eſt animal
laſciuum. laſciūa intelligitur. **V**nde cantus adorantium vi
tulum eſt cantus eorum qui vocem frangunt oblaſciūam
Tertio nimia exaltatio vocis sicut faciunt qui potius vo
lunt cantare alte quam apte qui tanquam volunt ascendere ca
tando qz quandoqz frangunt ſibi colluz ſpualr. vel quandoqz
ad litteram rumpunt ſe qz ex superbia puenit. **S**uperbia
enim plus audet qz poſſit. **R**eprehensibilis eſt etiam in cantu
additō punctorum vel subtractō. quaſi enim quedam speci
es barbarismi videat hec eſſe in cantu ſicut in ditone bar
barismus fit ex additōne vel subtractōne littere vel ſillabe
In cantu etiaz non videat approbanda vox falſa picipue in
cantu clauſtralium et mirum eſt quomodo talis vox qui
busdam tantum placet cum ipa adeo deformis videat eſſe
qz eam oportet abſcondi inter alias voces alioquin non eſ
ſet decens vel decora. **E**x quibus bonis naſcatur
Cap. xxv.

Superbia quandoqz oritur ex bonis nature. quādoqz
ex bonis fortune. quandoqz ex bonis gratie. bona
nature quedam ſunt corporis et sanitatis. fortitu
do. agilitas. pulchritudo. nobilitas. libertas. Quedam ve
ro anime ut rectitudine ingenij. velocitas bonitas memoria
potestas. tollandi exercitium ſpuale. naturalis disposi
tio ad v̄tutes ſeu v̄tus naturalis. **B**ona fortune ſunt bona
exteriora que ſunt in potestate hominū que ab hominibus
poſſunt auferri. ve ſunt diuicie delicie. et dignitates. laus
ſeu gloria et gratia humana. **B**ona gratie ſunt scientia et vir
tutes. ex iſtis bonis naſcitur superbia. naſcitur enim ex

267

pulchritudine. Poeta. Fastus inest pulchris. sequitur superbia formam ex nobilitate. Salustius. Omne malum nobilitatis est superbia. similiter nascit ex alijs bonis nature. Item nascit ex bonis fortune sicut ex diuicijs. Aug. remis diuicium est superbia. Eccl. xl. Facultas et virtutes exaltant cor. Item ex bonis gratie ut ex scientia. scientia enim inflat secundum apostolum. Quod fatuus sit qui de bonis suis superbit.

Cap. xxvi.

Possunt autem quinque rationes assignari quare fatuus sit et impius qui de bonis suis superbit. Prima quia ipse quodammodo inferior est etiam irrationalibus creaturis quia ille tantum sit in miseria pene. homo vero in miseria culpe et pene. Ps. creature irrationales unice debent mortem postquam nichil mali omnino sentient. homo vero impius debitor est duplicitis mortis. quia post transitoriam habebit eternam. unde non parum fatuus est peccator qui superbit se alijs superiorum reputando cum brutis sit inferior. Secunda quia de quibus bonis superbit. ipsa bruta eum excedunt. sicut fortitudo corporis et agilitas. Ipsi etiam iudei et sarraceni et alii pessimi homines plus habent de illis bonis quam ipse habeat. ipi etiam demones plus habent scientia quam ipse. quod videt esse unum de maximis bonis que habent impij. Unde valde fatuus est qui de bonis illis superbit in quibus ademonib[us] superat. Tercia quia bona sunt illis ad verecundiam verius quam ad gloriam Aug. ad impium inquit. Nonne vides te debere erubescere de bonis tuis. si domus tua plena est bonis et te habet malum. Quarta quia ipsius ei bona non sunt. Sed nichil est homini bonum sine se bono. Est enim bonum homini quod est ei materia infirmitatis et impedimentum salutis. Sap. Omnia que extra nos sunt bona quecunq[ue] homino sorte contingunt non ideo laudantur quod habuit quis ea. sed h[oc] honeste sit usus. Ideo dicit seneca. quod stulto nulla res est opus. Nulla enim res est utilitas. Quinta quia de quibus

Superbit habet tantum dispensatō nez in eis et periculū im
mīmet ei duplex. p̄ticulū enim est ei si sortem amiserit. et
etiam si lucrum non reportauerit. et de utroq; disticta ra
tō exiget ab eo. Unde qui de multitudine bonorū istorum
superbit de magnitudine honoris sui superbit.

Quod fatuum est superbire de bonis corporis ut de sa
nitate. et huiusmodi. **C**ap. xxvij.

Specialiter tamen fatuum est superbire de sanitate
corporis. Primo quia momentanea est. homo
enī qui sanus est hodie cras infirmus vel mortuus
est. Iaco. iij. Rue est vita nostra vapor est ad
modicum parens ēc. Secundo quia hostis familiaris est
corpus. et ideo multum nocivus. Nulla enim pestis effica
eior est ad nocendum quam familiaris mimicus ait sapi
ens. Non debet ergo aliquis superbire ppter sanitatem cor
poris sed potius timere. quia in maiori periculo est homo
cum hostis eius sanus est. Tertio quia sepe est occasio in
firmitatis anime sicut econuerso. scriptum est ecc. xxij.
Infirmitas grauius sobriam reddit animam. Non est su
perbiendum de sanitate pedis si caput infirmatur ad mor
tem. Sic non est superbiendum de sanitate corporis. ex quo
infirmitas in anima est ad mortem. homo sanus corpore et
infirmus mente similis est pomo exterius sano interius pu
tido. De fortitudine etiam corporis fatuum est superbire
eum scriptum sit. Pap. vi. Fortibus fortior instat cruci
ato. et eum lucta continua sit inter corpus et spūm. Caro
enim concupiscit aduersus spūm. et spūm aduersus carnem
quanto corpus forcius. tanto plus timendū est spiritū
et ad litteraz hie sepe videmus q̄ fortiores corpore infirmi
ores sunt mente. Minus enī resistere possunt ire luxurie
et ceteris viciss. Fatuus est superbire de corporis volocita
te. cum corpore sit velud eq̄ qdā in q̄ hostes infernales ut
frequenter ducunt spūm ad mortem ipsi. et ideo quanto
equo velotōr tanto celerius venit ad mortem. In velocitate

269

etiaz ista a cambo supatur. vnde fatuum est q̄ hō de hoc supbiat. in quo camibus inferiorez se videt. De pulchritudine etiam corporis fatuum est superbire. cum corpus sit q̄ si quoddam sepulchrum. Aug⁹. Corpus peccatoris mortue anime est sepulchrum. Vnde cum quis de pulchritudine corporis superbis id est ac si mortuus de pictura se pulchri superbiat. Idem etiam est ac si superbiat de sterquilino niae cooperio.

Quare nobilitas carnis sit contempnenda.

Cap. xxvij.

